

affecuto à principio diligenter ex ordine tibi scribere, optime Theophi-
le, κἀταρτυσε Θεοφιλε : Ex quo epitheto Theophil. colligit,
 nomen Theophili fuisse proprium cujusdam primatis verâ
 Christi cognitione imbuti Act. 23. v. 26. c. v. 25. Jam verò
 nota erat Theophilo manus Lucæ, ex qua agnoscere pote-
 rat, scriptum hoc à Luca esse profectum. Johannes cap. 21.
 v. 24. *Hic est discipulus ille, qui testimonium perhibuit de his, &*
scripsit hæc, & scimus, quia verum est testimonium ejus. Ergò
 idem, qui hæc vidit & audivit, ἰδιογράφως eadem scripsit 1.
 Cor. 16. v. 21. *Salutatio mea manu τῆ ἐμῆ χειρὶ Παυλοῦ,* qualis
 autem fuerit illa salutaris, colligitur ex verbis subjectis v.
 23. *Gratia Domini nostri Jesu Christi vobiscum, Amen,* quæ ver-
 ba paucis quandoque additis vel omisissis in omnibus Pauli
 Epistolis occurrunt Roman. 16. v. 20. *Gratia Domini nostri*
Jesu Christi cum omnibus vobis. v. 24. 1. Cor. 13. v. 23. Gratia Do-
mini Jesu Christi sit vobiscum. & v. 24. Caritas mea cum omnibus vo-
bis in Christo Jesu. Amen. 2. Cor. 13. v. 13. Gratia Domini nostri Je-
su Christi, & caritas Dei & communicatio sancti Spiritus sit cum
omnibus vobis, Amen. Gal. 6. v. 18. Gratia Domini nostri Jesu
Christi cum Spiritu vestro fratres, Amen. Ephes. 6. v. 24. Gratia
omnibus, qui diligunt Dominum Jesum Christum in incorru-
ptione, Amen. Philip. 4. v. 23. Gratia Domini nostri Jesu Christi
cum omnibus vobis, Amen. Coloss. 4. v. 18. Salutatio meâ manu
Pauli, Gratia vobiscum, Amen. 1. Thess. 5. v. 28. Gratia Domini
nostri Jesu Christi vobiscum, Amen. 2. Thess. 3. v. 17. Salutatio
meo manu Pauli, quod est signum in omni Epistola, ἕτως ὑπάφω
sic scribo v. 18. Gratia Domini nostri Jesu Christi cum omnibus vo-
bis, Amen. 1. Tim. 6. v. 21. Gratia tecum Amen. 2. Tim. 4.
v. 22. Dominus J. C. cum Spiritu tuo, Gratia vobiscum, Amen.
Tit. 3. v. 15. Gratia Dei cum omnibus, Amen. Philem. v. 19 Ego
Paulus scripsi meâ manu. v. 25. Gratia Domini nostri J. C. cum Spi-
ritu vestro, Amen. Ex his manifestè apparet. salutationem
 illam ab Apostolo omnibus Epistolis à se scriptis fuisse sub-
 jectam, & ipsius Apostoli manu additam ut per eam à
 Pseudo Apostolorum literis distingueretur, quippe de
 quibus constat ex 2. Thess. 2. v. 2. quod & nomen & Spiri-